



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio decima. Vtrum corpora damnatorum post resurrectionem
corporum patiantur ab igne passione propriè dicta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

do & non determinando, quanuis verba sua videantur sonare ase:tionem.

ii Ad tertium dicendum φ fortē Damascenus hæsitauit, an ignis inferni esset corporeus, & ideo facetur se nescire qualis sit. Vel potest dici φ non negat simpliciter illum ignem esse materialem, sed quod non est materialis sicut ille qui est apud nos; quia non lucet neq; indiget formenis h; ut ignis noiter, quanuis sit eiusdem speciei quo: ad substantiam.

Q Y A E S T I O D E C I M A.

Vtrum corpora damnatorum post resurrectionem patiantur ab igne passione propriè dicta.

S E cundo queritur virum corpora damnatorum post resurrectionem patiantur ab igne passione propriè dicta. Eruditetur & non, quia nullum incorruptibile est passibile passione propriè dicta, sed corpora damnatorum post resurrectionem erunt incorruptibilia, ergo non erunt passibilia passione propriè dicta. Maior patet: quia secundum Philosphum. e. Topicorum passio magis & magis facta abiicit à substantia, & tandem inducit corruptionem, propter quod omne passibile est finaliter corruptibile. Minor probatur per illud φ habetur Apoc. 9. In diebus illis querent homines mortem & non inuenient eam, & defiderabunt mori & mors fugiet ab illis.

Item sublatio eo quod est principium omnis realis actionis cessabit & omnis realis actio, sed post resurrectionem motus coeli cessabit qui est principium omnis realis actionis, ergo cessabit omnis realis actio, quare & omnis realis passio. Maior de se patet, sed minor probatur: quia sicut se habet motus cordis in animali ad alios motus animalis, ita & se habet motus coeli ad omnes motus inferiores, sed cessante motu cordis necessario cessant omnes motus animalis, ergo motu coeli cessante necessario omnes motus cessabunt, & etiam omnes actiones inferiores. Minor istius pro simili clara est, sed maior istius patet per Aristotelem. s. phys. in principio, & per Rabi Moylen qui comparat motum coeli motui cordis.

Item omnis causa vniuoca reducitur ad aequiuocā, aliquoquin posset esse processus in infinitum, cum inter vniuoca non sit ordo per se, sed actio & passio quæ inueniuntur in ipsis inferioribus sunt secundum vniuocationem, sicut cum calidum calefacit aliud, quia forma agens & terminus actionis sunt eiusdem speciei: oportet ergo φ reducantur in causam aequiuocā & non nisi in motum coeli, ut videtur, ergo eo cessante cessabit talis actio & passio, sed non ponitur alia in damnatis, ergo &c.

4 IN Contrariū argutur, quia sicut corpus cooperatur ad meritum ita cooperatur ad demeritum, sed in bonis in quibus corpus cooperatur ad meritum corpus glorificabatur, & non solum anima, ergo in malis in quibus corpus cooperatum fuit ad demeritum puniunt homo non solum quoad animā, sed etiam quoad corpus, hoc autē non feret si corpus esset impassibile, ergo &c.

5 REsponsio. Quæstio ista apud infideles non est dubia quātum ad conclusionem, quia fides tener & damnati gravissimè affiguntur non solum in anima, sed etiam in corpore, & non solum una p̄sona sensibili, sed & pluribus secundum illud Iob. 34. Ab aquis niuum transibunt ad calorem niuum. De modo autem passionis est diuersitas, & ideo circa hoc sic procedetur: quia primo ponetur quædam distinctio de passione alia à predicta saltem quoad verba, & deinde ponentur diuersae opiniones circa modum patienti.

6 Quātum ad primum dicitur sic, quod cū pati sit quoddam recipere, duplex est modus passionis secundum quod aliquid in alio dupliciter potest recipi. Vno modo naturaliter secundum esse naturale: sicut calor ignis recipitur in aere vel in ligno, & secundū hinc modū receptionis, est unus modus passionis qui dicitur passio naturæ. Alio modo recipitur aliquid in alio per modum intentionalem: sicut similitudo coloris recipitur in aere vel in oculo, & secundū hunc modū receptionis est alius modus passionis qui vocatur passio anime.

7 Hac distinctione supposita sciendū est quod duplex est modus dicendi circa passionem damnatorum. Unus est

Sancto Porciano

quod corpora damnatorum patientur ab igne passione animali non reali, quia aliquid transmutatur a sua natura in dispositione: vnde non calefient ab igne, sed solum intentionaler immutabuntur recipiendo eius similitudinem, & quia apprehendet eum vt nocium, ideo affliguntur. Corpora vero gloria qanuis recipient similitudinem ignis non tamen erunt passibilia, quia nihil recipi ent per modum afficiū vel l̄eſiū. Ratio autem per quā isti probant φ corpora damnatorum nō immutabuntur naturali immutatione ab igne, sed solum spirituali est ista: quia primum alterans in cuius virtute omnia alterata agunt, quasi ab ipso mota est corpus coeleste per motum suum, sed motus coeli cessabit post resurrectionem, ergo tunc cessabit omnis alteratio naturalis corpori inferiori ab initio, ita vt nullum alterum possit transmutare a sua naturali dispositione, sed quia cessante motu coeli adhuc aer à sole illuminabitur, & differentias colorum ad visum deferat, ideo remanebit passio animalis que consistit in receptione specierum sensibilium per quā sola affliguntur corpora damnatorum: quia sensibilia nō est natum solum delectare vel affligere sensum secundum quod agit actione naturæ confortando vel corrumpendo organum, sed etiam secundum quod agit actione spirituali seu intentionali, quia experimur quod quādō sensibile est in debita proportione ad sentientem, delectat, econtrario autem quando habet in superabundancia vel defectu laedit & contristat, vnde colores medi & voices consonantes sunt delectabiles, & inconsonantes offendunt auditum.

8 Contra modum istum arguitur ab aliis, primo contra conclusionem quæ ponitur. Et secundo contra causam quæ assignatur. Primo contra conclusionem arguitur primo sic: Illud quod nihil reale abiicit sed solum ponit ilud quod est naturæ conueniens non affigit nec inducit veram passionem quæ sit verè afflictua, sed per immutationem spirituali nihil reale abiicitur, sed solum ponit id quod est nature conueniens, quia talis receptio est perfectio sensuum, ergo per talem immutationem nihil affigitur, nec talis receptio est passio verè afflictua, vtræque præmissarum de se patet.

Secundo sic: Per illud quod est commune beatis & damnatis non potest ponit afflictio damnatorum, sed immutatio spirituali sensuum a sensibilibus est communis beatis & damnatis, ergo per illam non potest fieri afflictio damnatorum. Maior patet, quia posita causa communis ponitur effectus communis: & ideo si causa afflictionis est communiter in beatis & damnatis, sequeretur φ afflictio estis communis, quod non est verum. Minor similiter patet, quia sensus beatorum immutabuntur a sensibilibus immutatione spirituali sicut sensus dannatorum, aliquoquin non cognoscerent sensibilia quæ damnati cognoscunt quod est eis inconveniens.

9 Si autem dicatur sicut & tactum est quod beati apprehendent ignem seu immutabuntur ab ipso spiritualiter sicut & damnati, non tamen apprehendunt eum vt sibi nocium vel l̄eſiū quo modo apprehendet eū damnati. Contra, quia aut ille ignis erit corporum damnatorum verè l̄eſiū aut non, si non, & tu dicas φ apprehendet eum vt l̄eſiū, ergo illa apprehensione erit falsa, & sic non affliguntur secundū veritatem ab igne, sed solum ex sua falsa apprehensione, quod est inconveniens. & iterum vnde veniret damnari hæc falsa existimatio φ iudicent ignē eis nocium, si in veritate non sit eis nocium, non potest dici quod à Deo, quia Deus nulli immittit falsum iudicium sicut nec peruersum appetitum. nec ex seipso, quia damnati post resurrectionem erunt æquū per se eti seu perfectiores sicut nū sunt, & ideo sicut nū possit recte iudicare de igne vtrū sit eis nocium vel nō, ita tunc poterū, vt videtur. Et iterum: quicquid sit de aliis sensibilibus aliorū sensuum & maximē visus φ possint immutare sensum intentionabiliter sine reali & naturali immutatione (quod non omnes concedunt) sensibilia tamen tactus & maximē calor non videtur immutare sensum tactus nisi naturali immutatione, vel saltus non sine ea, calor enim non videtur causare in medio vel in organo nisi calore, vel si aliud causet nō tamē sine calore, propter quod

Lib. IIII. Distinctio. XLIII.

quod non bene appareat quomodo calor ignis posit sensum tactus immutare spiritualiter & non naturaliter. Si vero ille ignis sit verè laetus habetur propositū, feliciter & damnari aſſigentur vera passione naturali illata ab igne. Quod patet sic: quia obiectum tempore vel natura prædictum auctum potentia, fed ignis vt verè laetus & sub ratione qua laetus in modis ut auctu laetus est obiectum actualis apprehensionis & actualis afflictionis sequentis in damnatis, ergo prius tempore vel faltam natura ignis ledit corpora damnatorum quam apprehendatur & quam sequatur dolor in eis, sed illa laetitia ex quo præcedit omnem immutationem spiritualem non potest esse nisi per immutationem realem & naturalem, quare &c.

11 Sic igitur appetit φ verus dolor sensibilis qualis ponitur in damnatis non potest cauſari per solam immutationem spiritualem seu intentionalem. Et quod dicitur φ sensibilitate proportionata delectant, improporionata vero offendunt, dabo φ non immutant immutationem naturali, vt colores & soni, non valet: quia quanvis tristitia posuit cauſari ex omnibus illis quae nobis noſtentibus accidunt (vt dicit Aug. 4 de ciuitate dei) dolor tamen sensibilis secundum eundem modum non est nisi ex laetione carnis prouenies, predicta igitur sensibilitate quantūcumque improporionata cauſare possint tristitiam seu displicitiam, sed dolorē sensibilium nihil potest cauſare nisi illud quod immutat corpus realiter.

12 Contra rationem etiam quā isti assignant arguitur: dicunt enim φ quia cōlūm per motum suum est primum alterans, ideo celsante motu colī celsabit omnis alteratio illud autem non potest teneri saltem Parisiis cū sit arti cuius condemnatus: dicit enim articulus φ dicere quod celsante motu colī si ignis esset iuxta stupam non combureret ipsam error est. Item illa ratio videtur repugnare positioni, quia primum alterans est causa omnis alteratio-nis & nō ciuitatem tantum, si ergo per celsationē motus celi tanquam primum alterans celsent alie alterationes operari dicere φ omnes celsent, & non quādam sic, & quādam non, quod est contra eos qui dicunt φ celsabit actio naturalis, non autem intentionalis. Ista etiam distinctio ad alterationem seu immutationem est fatis dubia: quia omnis alteratio quam facit quocunq; sensibile in medium vel in sensum videtur esse naturalis & realis. Naturalis quidem, quia est ex principiis naturalibus & naturaliter agentibus. Realis vero, quia per eam fit vera & realis forma in susceptu quo habet totū suum esse circumscribita omni operatione anima. Verum est tamen quod hæc immutatio talium sensibilium non corruptim aliquem sensum per se, sed solum illa que fit à sensibilibus tactus, quia consistentia corporis per se dependet ex qualitatibus tangibilibus & non ex aliis sensibiliibus. & ideo immutations qualitarum tangibiliuum possunt pertingere ad corruptionem corporis, nō autem illæ quae sunt ab aliis, propter hoc tamen nō debet dici φ immutatio quoque fit à qualitatibus tangibiliibus sit naturalis & realis, illa vero quoque fit ab aliis sensibus non sit naturalis nec realis sed tantū intentionalis. Omnes enim sunt naturales & reales, & equaliter dependet à primo alterante: & ideo si mutatio aliorum sensibilium puta coloris vel soni potest esse celsante motu colī, eadem ratione poterit esse immutatio naturalis secundum qualitates tangibilius.

13 Item nullo modo videtur φ colum ratione sui motus localis sit causa aliquius alterationis, nec illius quæ est ab ipso immediate, nec cuiuscumque alterius. Primo, quia principiu quo alterans alterat naturaliter est aliqua qualitas alterantis sive vnuoca cū termino alterationis sive aquiuoca, sed motus localis non est aliqua qualitas corporis celsis, nec aliqua forma abſoluta, ergo nō potest esse principiu seu ratio aliquius alterationis. Major patet, quia sola forma potest esse principiu quo aliquid agit: illa autem respectu alterationis non potest esse forma substantialis (vt patet per Aris. in lib. de Senſu & ſenſato) nec quantitas, quia illa nullius actionis est principiu, immo abſtrahit ab omni actione & passione, nec relatio vt patet ex. 5. Phys. Relinquitur ergo φ sit aliqua qualitas, & sic patet maior. Minor de se manifera est, & nihilominus habetur. 5. Phys. vbi dicitur φ motus localis nihil variat in celo, & ideo ille folius motus ei attribuitur. Secun-

Quæſtio XI.

do, quia impossibile est φ aliquid habens principiu agendi aequum perfectum vt prius, & paſsum aequum dispositum vt prius non potest agere vt prius, sed celsante motu colī ignis remanebit ita calidus vt prius, & stupra aequum disposita vt calefiant ficut prius, ergo eis approximatis ignis necessario combureret stupram sicut prius, & eodem modo cum corpora damnatorum sunt verè pasibilia (ca rent enim dote impasibilia quæ habent corpora beatorum) poterit ergo verè calefieri & immutari ab igne si cut nunc immutantur, celsatio ergo motus celi non impediet veram & naturalem alterationem corporum: quia motus celi ad eam non requiritur, quanvis requiratur ad alterationem generationis & corruptionis & aliarum mutationum per hoc quod adducit solem & alia astralia respetu diuersarum partium terre quæ sui praesentia agunt, vix prius non agebant, & propter absentiam suam non agunt vbi prius agebant.

14 Dicendum est ergo φ corpora damnatorum verè patientur ab igne per veram & naturalem alterationem celsationis, quæ tunc esse poterit (vt probatum est) nihilominus tamen nunquam corruptetur diuina virtute faciente, quod alteratio talis prædictæ maneat in limitibus suis, ita φ eam non sequatur corruptio, & quod hoc sit possibile probatur sic: quandocumque duæ actiones sunt diversæ & ad diuersos terminos, virtute diuina potest fieri φ vna fit fine alia, & maxime prima fine posteriore, sed alteratio & corruptio formæ substancialis in materia sunt duæ actiones habentes diuersos terminos: nam terminus alterationis est actiones, terminus vero corruptionis est prædicta formæ substancialis, alteratio etiam prævia est corruptioni, ergo virtute diuina potest fieri quod sit vera alteratio, & non sequatur corruptio, & sic fieri in pena damnatorum, vt perpetua vita naturæ sit eis ad perpetuam durationem penæ.

15 Ad primum arg. in oppositum patet responsio ex hoc quod statim dictum est.

16 Ad secundum dicendum per interemptionem minoris, quia motus celi non est principiu per se alicuius realis actionis, sed requiritur ad alterationem actionum, prædicta generationis & corruptionis, quia adducit & abducit generans, vt dicitur in fine secundi de generatione. Et quia in tali alteratione fiat cōſistentia mundi secundum dispositionem quā videmus, ideo motus celi comparatur motui cordis in animali, & nō propter hoc φ motus celi secundum se fit per se causa alicuius actionis, quia nec motus cordis talem cōſistentiam habet.

17 Ad tertium dicendum φ causa æquiuoca ad quam actiones inferiores reducuntur non est motus celi sed ipsum cēlum, cuius actio non totaliter celsabit celsante motu: nam si celsaret totaliter, forte nihil corruptibile saltē mistum posset remanere naturaliter loquendo, & si remaneret, hoc nō esset per naturam, sed per miraculum, & tunc sicut haberet naturam quā prius & nō à celo, posset agere & pati sicut prius, non obstante cessatione totalis influentiæ celi, quæ non requiritur ad actiones inferiorum, nisi quia conseruat virtutes eorum.

QYESTIO XI.

Vtrum anima damnatorum ante resurrectionem corporum patiantur ab igne.

Tertio queritur vtrum anima damnatorum ante resurrectionem corporum patiantur ab igne. Et arguitur quod non, quia nullum corpus ponitur immediate pati passione propriæ dicta à spiritu, ergo spiritus non potest immediate pati passione propriæ dicta ab illo corpore, quare nec ab igne. Cōsequentiæ patet, quia corpus materialis natum est pati à spiritu à spiritu à corpore. Probatio antecedētis, quia passio propriæ dicta fit per ablationem qualitatis cōuenientis & per introductionem qualitatis disconvenientis, vt patet ex precedentibus, sed nullus spiritus potest aliquam formam seu qualitatem immediatè cauſare in aliquod corpus, vt ostensum fuit in libro. 2. ergo nullum corpus potest pati à spiritu passione non soli propriæ dicta, sed etiam quacunq; cum omnis passio sit recepit alicuius formæ.

2 Item Augustinus. 12. super Gen. ad literam dicit & ponitur in litera, φ non sunt corporalia, sed corporalib.

q. 10. b. m.
ius diff.

q. 9. b. m.
ius diff.

EEE 3 bus